

tendens in cælum vidit gloriam Dei.
Fui in spiritu in dominica die.

Apos. 1.

CONTEMPTVS MVNDI.

Peregrini sumus coram te.

4. Par. 19

Filia Babylonis misera est (congregatio malorum.) *Psal. 116.*

Aspiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius. *Esa. 1.*

Ad terram intuebitur, & ecce tribulatio & tenebræ & dissolutio & angustia, & caligo persequens, & non poterit auolare de angustia sua. *S.*

Recedite, recedite, pollutum nolite tangere. *11.*

Surgite & ite, quia non habetis hic requiem. *Mich. 1.*

Omnis qui viderit te, resiliet à te, (ô munde.) *Naum. 1.*

In ignem zeli mei deuorabitur omnis terra. *Soph. 1.*

O Sion surge (sancta anima) quæ habitas apud filiam Babylonis. *Zach. 1.*

Non potest vos odisse mundus (amantes eum) me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera illius mala sunt. *Ioan. 11.*

Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere. *14.*

In mundo pressuram habebitis. *16.*

Non pro mundo rogo, sed pro eis quos dedisti mihi: quia tui sunt. *17.*

Mundus eos odio habuit (& ipsi mūdum) quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. *Ibidem.*

Pater iuste mundus te non cognouit. *Ibidem.*

Nolite conformari huic seculo. *Rom. 12.*